



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies
quadraginta**

**Flavin, Melchior de
Parisiis, 1566**

De dignitate eorum qui sunt de regno Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29986

ca mali vnitit sunt corpori Christi, nō spiritu, sed corpore ut pallea grano.

*De dignitate eorum qui sunt de
regno Christi.*

C A P. 35.

Vemadmodū princeps huius mundi terrenorum videlicet hominum diabolus attexit suos sibi, cuius est caput tāto nexu, vt ille sāpius dicatur homo & mali homines diabolus dicantur: sic Christus caput eorum qui sunt de eius regno tanta vniōne sibi coniungit, vt omnes dignitates eis communīcet. vt enim ille filius est natura, sic & illi filij Dei adoptione. Ioan. 1. & 1. Ioan. 3. Ioan. 1. Rom. 8. & Gal. 3. & 4. Ille dilectus patri sic & illi per eum Ephes. 2. gratificauit nos in dilecto filio suo. & 1. Ioan. 3. Rom. 8. Ephes. 2.. Ioan. 16. Ita & isti hæredes inquit Dei cohæredes autem Christi. Rom. 8. & Gal. 4. Ille cœlestis est. Galat. 4. 1. Cor. 15. sic & isti, qui habent suū πολιτεία & municipatum in cœlis, vbi nomina eorum scripta sunt. Non enim (inquit) habemus ciuitatem permanētem, sed futuram inquirimus. Hebr. 13. Hebr. 13.

O iiiij

DE REGNO

Vnum quod maximè tribuit Christo, diuinus sermo est quod sit vncius à patre per spiritum, rex & sacerdos. Vnde omnes sui regni eadem vncione spiritus sancti dicuntur, & reges sacerdotes. Apoc. I. & 5. Fecisti nos Deo nostro reges & sacerdotes & I. Pet. 2. vos estis genus electum, regale sacerdotium, Municipatus Romanus magno pretio emebatur. Act. 22. At qui nacti erant eam ciuitatem non donabantur regia, vel imperatoria dignitate, vel Pōticia: quemadmodum ij, qui sunt ciues sanctorum, & domestici Dei sub rege Christo. Notandum tamen, quod duplex est sacerdotium, sicut & regnum, quoddam internum, alterum autem externum & publicum: Regnum internum commune est omnibus Christianis, qui Christi regis facti sunt membra in ipso baptisme, illos regit, inhabitatque inuisibiliter ut dissipet omne malum. Rex (inquit Salomon) qui sedet in folio, dissipat omne malum. Illos inquam per spiritum suum, vngit eos reges sicut ipse est rex potentissimus super carnem, mundum, diabolum, peccatum, mortem & infernum: sic & Christiani per Christum in eis re-

Apoc. I. & 5

I. Pet. 2.

Act. 22.

Proverb. 20.

gnātem quos oportet vincere. diabolum
cum omnibus eius temptationibus, & car-
nem cum eius illecebris, ita peccatum &
mundum ut consequamur coronam re-
giam. Id autem p̄stare non poteramus
sine Christo rege. Quinimo eramus ho-
rum serui. At nunc per Christum non tā-
tū asserti sumus à seruitute istorum, sed
& facti superiores, & reges super omnes
hostes spirituales, peccatum, mortem, in-
fernū, diabolum. Lū. 10. Dedi vobis po- Luc. 10.
testatem calcandi super serpentes & scor-
piones, & super omnem virtutem inimi-
ci, & nihil vobis nocebit. Omnia (inquit
Paulus) possūm in eō, qui me confortat. Philip. 4.
Illi enim sunt veri reges qui dominantur
suis malis affectibus. Maior est (inquit Sa-
lomon) qui dominantur animo suo expu-
gnatore urbiū. De illa autem vñctione Proverb. 16.
spiritus sancti qua sumus reges & sacer-
dotes, susīssimē loquitur. Paul. Ephes. 1. & Eph. 1. & 4
4. 1. Thes. 4. 2. ad Tim. 1. & 1. Joan. 2. Tan- 1. Thess. 4.
diū enim sumus reges, quandiu Christus 2. Tim. 1.
regnat in nobis. Istud regnum spirituale
cognoverunt Seneca de clemētia, & epi-
stola 25. & 37. ad Lucillum. & Cicero in
orat. pro Marcello Ouid. epist. 4. & 3. de

sto, di-
a patre
de om-
tus san-
Apoc. I.
& sacer-
ectum,
us Ro-
Act. 22.
em non
a digni-
nij, qui
ici Dei
n, quod
egnum,
em ex-
cernum
nis, qui
in ipso
ie inui-
Rex (in-
dissipat
piritum
rex po-
m, dia-
ernum:
eis re-

D E R E G N O

Tristibus & Boetius 3. Cōsolat. Qui se volet esse potentem, animos domet ille feroces, &c. Nulli tamen cōsecuti sunt hoc regnum, nisi per fidem vnius Christi regis. Alterum est autem regnum externū, non commune omnibus: aliās polytia populi Dei fuisset omnium pessima. Tribui Iuda siquidem datum cōst regnum Israel.

*Gen. 49.
2 Reg. 7.*

Gen. 49. 2. Reg. 7. Quod regnum solum erat verum: institutum à Deo. Cætera autem regna primum ortum habucrunt à Tyrannide, ut patet de Nemroth, Nino, Romanis, &c. Hactenus de regno eorum qui sub Christo militant.

C A P. 36. *Quomodo omnes Christiani sint sacerdotes, & de duplice sacerdotio.*



On desunt hæretici qui asserant omnes Christianos ex ipsa vunctione baptismi esse sacerdotes, nihili pendentes vunctionem sacerdotalem (qua hactenus vsa est ecclesia) cūm Ioan. Vniclefu Pet. Vualdone & cæteris id genus pestibus.

*Psal. 104.
Nolite tan-
gere christos
meos.*

Igitur aduertendū est quod olim in populo Dei primogenitus erat rex & sacerdos & illud erat ius primogenituræ de